

exercitijs te excitando tandem ascen-
dis altius .videlicet ad scdm gradum
castitatis et scdm profectū contra lux-
urie viciū. // Est autē scds gradus
cum per maceracōnem carnis et alia
pmissa exercitia affectus mundatur
et caro ita spiritui subiugatur vt ra-
rius temptetur et facili labore temp-
tatio cedatur imperando tñ magis q̄
reluctando. **S**ed sup hunc est adhuc
altior et tercius grad⁹ **C**um videlicet
p longa exercitia et mltos labores di-
uina adiuuante gracia ita concupiscē-
tias carnis edomuisti q̄ vix rarissime
et tenuissime senciantur. et talem in-
diuisti castitatis affectum et amorem
vt horreas et detesteris omnes mo-
tus carnales q̄ nauseam inde quodā
modo patiaris.

Ascensiones contra auariciam.
// Capl. lviij.

Quercio oportet te ascensionem dis-
ponere contra auariciam per contemp-
tum diuiciarum et virtutem paupertatis
Et sunt sicut in precedentibus tres ascen-
sus. Primus est nolle habere quicquam
iniusti lucri et de iuste habitis facere
elemosinam et non abuti propria facultate
ad vicia. **V**er si radicatus vis hoc vitium
euellere. habens victum et restitum
et quibus te garris hys sis contentus. **V**el
certe quod est summum remedium omnia
per christo relinquere et sub alterius cura
et provisione degere et nullius rei quam
minime admittere proprietatem. **I**tem con-
fidentia de deo qui non derelinquit spe-
rantes in se. **S**ecundus ascensus est non so-
lum iustis esse contentum sed et solus ne-
cessariis contentari. nihil velle habere
superfluum in victu restitum et hospicio et
sic de singulis. **T**ercius autem gradus est
nihil possidere in mundo et nihil velle

habere et in omnibus necessarius frequenter pati penuriam. Filie autem auaricie sunt sex scilicet prodicio. fraus. vagacio. piurium. inquietudo. et contra misericordiam cordis obduratio.

Ascensus contra iracundiam. Ca. lix

His tribus deuictis tamquam principibus affectuibus concupiscibilitatis ascende contra vim irascibilem deuincendam et expurgandam. Et hic occurrit primo ascensus disponere contra vicium ire. Contra quod tripliciter ascensu vel profectu virtute imitatis proficitur. Primus est ut discat homo motus ire per pugnam cohibere et reprimere ne eternum pat foras per verba vel facta illiata. Est autem natura vel motus iracundie triplex secundum Gregorium. Nam quosdam mouet subitaneae et cito recedit. quosdam tardius commouet et iam motus non cito deserit. quosdam et cito commouet